

EPISCOPATUS ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS

(Prosecutio).

185. *Theodericus* (Dietrich II.) *von der Schulenburg*, e praeposito capituli 34. episcopus *Brandenburg*. electus post 28 mart., deinde provisus 20. aug. 1365 ab Urbano V., † 26. apr. 1393. Erat junior 5 filiorum Bernardi, equitis von der Schulenburg, et Giselae uxoris ejus, natus c. 1333, clericus ante 1347, d. 6. sept. 1363 praepositus capit. Brandenb.

G. 262; Eu. I, 149; Goov. II, 161 et III, 105; Schröder, Kurzer Abriss einer Geschichte der hohen bischöflichen Stift- und Domkirche zu Brandenburg (Brandenburg 1836); L. Köhler, Dietrich von Schulenburg. Dissert. (Halle 1911); Kreusch 172 (1349-1393); Danneil, Das Geschlecht von der Schulenburg (1847); J. Schmidt, Das Geschlecht der von der Schulenburg (1897).

186. *Thomas I.*, episcopus *Candidae Casae*, occ. 1296, 1304, 1311.

G. 239; Eu. I, 167; Goov. IV, 14.

187. *Thomas II.*, e rectore parochialis ecclesiae de Kyrtilum, diöcc. *Candidae Casae*, 31. dec. 1359 ab Innocentio IV. (Reg. Av., t. 22, f. 35) provisus episcopus *Candidae Casae*, † 1362.

G. 239; Eu. II, 167; Goov. IV, 14.

Thomas III. (de Rossy), mag. theol., a Clemente VII. antipapa, cujus familiaris et paenitentiaris apost. fuit, 15. jul. 1379 provisus est episcopus *Candidae Casae* (Reg. Avin., t. 13, f. 524), sed erat frater ordinis Minorum. Obiit c. 1406.

G. nihil de eo, sed 1368 nominat Andrean et c. 1380 Oswaldum episcopos (v. s. nr. 156); Eu. I, 167.

188. *Thomas IV.*, ex archidiacono et canonico *Candidae Casae*, capellano Summi Pontificis et causarum Palatii apostolici auditore, promotus est a Benedicto XIII. antipapa die 14. junii 1414 in episcopum *Candidae Casae* (Reg. Avin., t. 68, f. 245) et † 1422. Erat quoque decretorum doctor.

G. 239; Eu. I, 167; Goov. IV, 14.

189. *Fr. Thomas* (alias *Petrus*) de (*Tilleberi*), magister, medicus

insignis, primo religiosus O. Fratrum Praedicatorum, dein can. reg. Praemonstratensis apud S. Vincentium extra muros Vratislavienses, capellanus Boleslai, ducis Poloniae, quem infirmum suis medicamentis saepius curavit. Postquam Theodericus, episc. tit. Sareptensis i. p. i., in episcopum Sleswicensem promotus est, factus fr. Thomas 14. maii 1352 episcopus *Sareptensis* i. p. i. et auxil. *Vratislaviensis* et vixit adhuc 1378.

Eu. nihil; Görlich, I, 76 et 86; Lienhart, *Spir.* 370, ad 22 dec.; Goov. II, 243; Monum. Vat. Bohem. I, n. 1494, p. 767.

190. *Thomas Ludovicus Heylen*, Ph. et Th. Dr. coram Leone P, XIII. 29. julii 1883 promotus, Jur. Can. baccalaureus, scriptor eccles., nat. in Casterlé 5. febr. 1856, vest. in Tongerlo 28. aug. 1875, prof. 28. aug. 1880, sac. 11. jun. 1881, abbas Tongerloensis 1887 electus 1. jun., bened. 12. jul., vicarius gener. 20. nov. 1889, episcopus *Namurcensis* nomin. 23. nov., consecr. 30. nov. 1899, vicarius generalis circariae quondam Provincialis per multos annos, praeses congressuum eucharisticorum internationalium, praelatus solio Pontificio assistens, comes Romanus, Leopoldini Ordinis decurio major et Coronae ordinis decurio.

Goov. III, 94 et IV, 106; *Analecta Praem.* t. I, 1925, 83, 97-98; E. Jansen, O. Praem., Mgr. T. H. Heylen, évêque de Namur (Namur, 1919 et 1924); Het H. Misoffer (Tongerloo, nov. 1899); *Catalogus circ. Brabant.* (Tongerloae, 1928) p. 55.

191. *Thomas V. Spencer* (Spence, Spens), protonotar. apost., episcopus *Candidae Casae*, el. 7. jan. 1450, translatus ad *Aberdeen* 1457, hospitale erexit in Edinburg, † 15. apr. 1480.

G. 239 et 235; Eu. II, 130 et 87; Goov. IV, 14.

* *Thomas Vaus*, decanus Glasgauen, mag. in art., el. 21. nov. 1457, episcopus *Candidae Casae* et translat. ad *Aberdeen* 1458.

Eu. III, 130. Deest apud G. et Goov. IV, 14.

192. *Troid* (Trugoth), 2. episc. *Burgilaviensis* 1186, 1188. Qui primam coloniam Praem. in capitulum suum e monasterio Steinfeldensi evocavit.

G. 329; Eu. I, 157; Goov. IV, 19; Lorenzen 5. et 12.

193. *Tycho Clerc* (Tuco, Thuco), O. Praem., 13. episc. *Burgilaviensis* 1328-1337. Apud J. M. Vidal, Benoît XII (Paris, 1910) nr. 3612 et 4807 dicitur captus et incarceratus esse ante 21 jun. 1336 per sex annos a Christophoro, quodam rege Daniae.

G. 329 (perperam O. S. D.); Eu. I, 157; Goov. IV, 19; Necr. Praem. ad 18. jun. (episcopus Burgilaviensis, interpretatum falso per Bordeaux, loco Börglum); ibid. 1. aug.: Tucho, praepositus Burgilaviensis, qui Romae obiit cum electo ecclesiae suae episcopo; Lorenzen 95 ad a. 1330 (ibidem perperam O. S. Dom.).

194. *Udalricus* (Ulrich) nobilis de *Blücher*, e canonico et praeposito 10. (11.) episcopus *Raceburgensis* 1257 (?), pauperum consolator in eleemosynis largus, † 16. jan. 1284, pont. a. 27, mens. 6, die 7: lapis sepulchralis) et venerabilibus adnumeratur. Erat frater germanus successoris sui Hermannii de Blücher (v. s. IV. 310).

G. 314; Eu. I, 435; Vander Sterre, 74; AA. SS., Lienhart, *Ephem.* 191, *Spir.* 37 et I. Van Spilbeeck 87, omnes ad 4. julii; Miraeus, 189 (perperam Glucher); Le Paige 587; Waghenare 212; A. Krantz, *Metrop.*, 1. 8, c. 29, p. 216; Hugo, A. P. II, 602, Masch 156 et 159; Rickmann 9; Goov. IV, 279; Kreusch 89; Kraszewski II, 7; Albrecht 69, E. J. de Westphalen., *Dipl. Raceburg.* c. 1983.

Urbanus von Ströbele, n. 1781 in Obermarchthal, can. Praem. ibidem, dein saecularisatus (1803) et canonicus (1828) in Rottenburg, die 8. jan. 1846 electus in capitulo in episcopum *Rottenburgensem*, sed a Pio P. IX non confirmatus, † 21. febr. 1858 (Demum 17. dec. 1847 electus est decanus capituli Joseph von Lipp in Ehingen, consecr. 12. mart., inthron. 19. mart. 1848 † 3. mai 1869).

Freib. Kirchenlexikon, t. X, 321.

195. *Valentinus* (*Velis*, *Wolis*), eruditus in divinis et sacris canonibus. O. Praem. e Thuringia, de quo Gerlacus annalista narrat ad a. 1180: "Elisabeth ducissa, quae publicam rem Bohemiae plus quam vir regebat, exacto in unum totius regni clero et maxime abbatibus et canonicis, designat eis in episcopum (*Pragensem*) capellanum suum, nomine Wolis seu Walentinum, qui erat, sicut comperimus, ignarus linguae latinae nec de gremio Pragensis ecclesiae, sed degener, obscurus et toti officio prorsus indignus. Quod factum licet turbaret totum clerum, ipsa tamen, scandalum ecclesiae non curans, mittit electum ad imperatorem, regalibus investiendum, dein ad Wirzeburg ad episcopos, quibus dominus Maguntinus vices suas commiserat in consecrandis episcopis". Valentinus dein Wirzeburgi consecratus est (1180); Peregrinus, episcopus Olomucensis (v. s.), tandem pacem in capitulo restituit. Valentinus autem obiit iam 6. febr. 1182.

G. 303; MGH., Scr. III, 121 et XVII, 691; Frind 43; Lienhart, *Ephem.* 370 (ad 31. dec.) *Spir.* 40; Friedenfels 314; Hauck IV, 955; M. Hein, 11; Cermák 9; Weyrauch 1; Brunner 551; Grandauer, *Die Jahrbücher von Vinzenz und Gerlach* (Leipzig 1884) 161; Palacky 1, 263 et 411.

196. *Vitus Seipl*, nat. 1640 in Landek Silesiae, can., supprior, prior dein 21. maii 1690 abbas Strahoviensis, circariae Bohemiae visitator et vicarius gen., S. Caes. Maj. consiliarius, 24. febr. 1701 consecratus est episc. tit. *Hierapolitanus* et auxil. *Pragensis* sub principe archiepiscopo Johanne Jos. comite de Brenner († 1710) et obiit Pragae 9. mart. 1711, abbatiam vero usque ad mortem suam retinuit.

Frind 313, Lienhart, *Spir.* 41 (Seibel a Hradistkie); Weyrauch 79; Friedenfels 355 et 448; Cermák 96; Brunner 578; Goov. I, 173, G. J. Dlabacz, O. Praem., Nachricht von dem Praemonstratenser-Frauenkloster in Kaunitz in Mähren (Pragae 1817) 24.

Volradus de Crempa, e praeposito Lubicensi 28. episcopus *Brandenburgensis*. 9 aug. 1296 a Bonifacio VIII. (a. pont. 2.) promotus, † post 8. febr. 1302. Non autem spectat ad ordinem.

G. 262; Eu. 144; Goov. III, 105; Kreusch 141 (Volkrad 1292-1302).

197. *Voltradius (Volradus)* nobilis *de Dorne* (von dem Dorne, nob. familia in Holstein), e canonico 14. (15.) episc. *Raceburgensis*, sedet 4. jul. 1335, † 23. oct. 1355.

G. 314; Eu. I, 435; Miraeus 97; Krantz, Metrop. 1. 9, c. 25; Masch 247; Rickmann 12; Goov. IV, 279; Kreusch 91; Lienhart, *Spir.* 37 (Wolradus Dirnensis); Hugo, A. P. II, 603; E. J. de Westphalen. Dipl. Raceb. c. 1983.

Vromoldus de Uyffhusen, 9. archiep. *Rigensis* 1348-c. 1370.

198. *Walo* (Gualo), e praeposito (iam 1144) 11. episcopus *Havelbergensis*, confirmatus ab Hadriano IV. ante 10. mart. 1156, celebravit dedicationem ecclesiae suae cathedralis, jam ab Anselmo O. Praem. (v. s. IV. 175) episcopo incœptae, diebus 15. et 16. aug. 1170, praesentibus Wilmaro Brandenburgensi (v. i. nr. 202) necnon S. Evermodo Raceburgensi (v. s. IV. 297), episcopus O. Praem. Obiit post 18. apr. 1176.

G. 280; (1155); Hauck IV, 971; Regesta archiep. Magdeb. I, n. 1319 et 1551; Winter 73, 155 et 167; Hugo, A. P. I, 799; Riedel II, 400; Kreusch 137 (usque 1171 ?); Goov. IV, 12, In necr. Praem., Tong. Ninov. et Parcens. † 7. aug., in Averb. Grimberg. et Heylisse. † 17. aug.; MGH, SS., 519; Th. Becker 30.

199. Walter, e priore episcopus *Candidae Casae* 1209, † 1235.

G. 239; Eu. I, 167; Goov. IV, 14; Geudens 43; Hertel, Der hl. Norbert, 132.

* *Wichmannus* (Wigmannus), Geronis, militis *de Seeburg* filius, ante 1. apr. 1149 episcopus in *Naumburg*, maio 1152 archiepiscopus *Magdeburgensis* (ad finem hujus anni adhuc electus), initio 1154 nominatur adhuc episcopus *Naumburgensis*, obiit 24. vel 25. aug. 1192. Hinc inde, nescio quo jure, adscribitur Ord. Praem.; sic a Dr. Jos. Meisenzahl (Vessra, 5, 37) vel a Dr. G. Hertel.

G. 288 ; Eu. nihil ; Hauck IV, 970 et 972 ; Th. Becker 30 ; Hertel passim. ; Winter 99.

Wichmannus, e nob. familia de *Arnstein*, nat. filius *Waltheri* et *Gertrudis* c. 1170, canonicus 1194, acolythus 1199 et praepositus 1210 in monasterio S. Mariae Magdeburgensis O. Praem., post 5. febr. 1221 a capitulo Liczekensi electus episcopus 22. *Brandenburgensis*, sed electio cassata est ab *Honorio III.* die 18 maii 1222. *Wichmannus* renunciavit praepositurae jam 1221 et ingressus est postea (1234) in ordinem fratrum Praedicatorum, ubi obiit c. 1250-1260.

Eu. I, 149 ; Hugo A. P. I, 105. De quibusdam miraculis et collationibus ejus cf. *Analecta Praemonstratensia*, I, 1925, p. 105 ; Hertel, *Gesch. des Klosters U. L. Frau von Magdeburg* 125 et 126 (praepositus 1210-1224). Occurrit adhuc 28. maii 1236.

200. *Wigger* (*Wiger*, *Wicgerus*, *Wicker*), e can. *Cappenbergensi* a S. *Norberto* 1129 *Magdeburgum* vocatus, 1134 primus praepositus S. Mariae Magdeburgensis O. Praem., usque 16. aug. 1138, post mortem *Lamberti* episcopi († 18. maii 1138) 14. episcopus *Brandenburgensis* ante 26. jul. 1138, consecratus 16. aug. 1138 a *Conrado*, archiepiscopo Magdeburgensi, residebat primo in monasterio *Leitzkau*, tradidit mox capitulum *Brandenburgi* Ordini Praem., aedificia lignea 1140 per lapidem transmutare incepit, etiam montem B. M. V. *Harlungum* 1139 Ordini Praem. tradidit. Testis occurrit ut episcopus prima vice 26. jul. 1138 in *Quedlinburg* (Cod. Dipl. Saxon., Reg. II, 92, n. 126). Ab *Undarico*, praeposito *Steinfeldensi*, ad proximum colloquium (capitulum) O. Praem. invitatur, ut consilio et auxilio ejus plura ad honorem Dei et communem utilitatem pertinentia ibi tractari et ordinari possint (c. 1155). Ante a. 1148 consecravit ecclesiam B. M. V. in *Eibingen* (*Bingen*), a domina *Maria* de *Rüdesheim* exstructam, ubi dein monasterium monialium "*Rupertusberg*" O. S. B. erectum est. *Wigger* occurrit testis 6. april. 1157 *Wormatiae* (Cod. d. Saxon., Reg. II, 184, n. 269). Pontificatus ejus annos 21, 4 mens., 17 dies durans, reddit annum obitus 1159 vel 1160 ; si dies obitus 4. jan. (sic in necrol. *Floreffiens.*) recta est, tunc obiit 4. jan. 1160 (D. 16. aug. ut dies obitus in *Necrol. Hildesheimensi* est, uti patet, dies consecrationis. *Aliae* variantes sunt anni obitus 1158 vel 1165).

G. 262 ; *Kreusch* 34 ; Hugo, A. P. II, 172 et 197 ; Winter 67, 131 et 302 ; Hauck IV, 970 ; Ep. *Udalrici* n. 42 et 7 ; Roth p. 289 ; Cod. Dipl. Anhalt. I, 193 ; *Leutinger*, *Marchia Brandenburg*, I, 17, p. 592 ; *Lienhart*, *Ephem.* 275 (ad 25. sept.) et *Spir.* 39 ; *Leuckfeld*, *Antiq. Praem.* (1721) 68 ; Hertel, *Urkundenbuch*

des Klosters U.L.F. (1878) passim et Gesch. des Kl. U.L.F. 58, 60, 124, 126 et Der hl. Norbert; Goov. III, 104; Kreusch 34; Brunner 725, 739 et 742; G. Sallo, Brandenburger Bisthums-Chronik (Jahresber. des hist. Vereins 1883); Riedel, Codex dipl. Brandenburg; Curschmann, Die Diözese B. (I. Leipzig 1906); Lentz, Diplom. Stifftshistorie von B. (Halle 1750) etc.

201. *Wilhelmus*, e canonico, ut dicunt, 15. episc. *Havelbergensis* 1219, † festo S. Matthaei, i. e. 21. sept. 1244, et quidem, uti narratur, in regressu e monasterio Praem. Vessra, ubi capellam dedicaverat, in urbe Eisenach (Spangenberg, Henneberg, Chronic. p. 111).

G. 280; Eu. I, 282; Riedel, I, 447; II, 402; Hauck IV, 971; Goov. IV, 12; Kreusch 137; Becker, Necr. Arnstein. 168 (ad 22. sept.).

202. *Willemar* (Willeramms, Wilmar, Guillimar, Willimar), "magister scholarium" et c. 1155 praepositus in Leitzkau, post Wiggerum defunctum probabiliter 1160 episcopus (15.) *Brandenburg.*, m. junio 1161 testis erat in Lodi (Italia) in litteris imperatoris pro Cappenbergensibus, fundavit capitulum Brandenburgense a. 1161 (Cod. Dipl. Saxon. Reg. II, 202-205), 8. sept. 1165 transtulit capitulum in arcem Brandenburg. et augusto 1170 celebravit dedicationem ecclesiae cathedralis apud S. Petrum ibidem. Obiit 1173, juxta necr. Tongerloense, die 6 sept.

G. 262; Eu. I, 282; Kreusch 116; Hauck IV, 970; Goov. III, 205; Cod. Dipl. Sax. Reg. II, 261 n. 376; Cod. Sax. infer. I, 228, n. 335; Hertel. U. B. 31-33.

203. *Wipertus*, nob. de *Blücher*, canonicus Raceburgensis 30 annorum, 16. (17.) episcopus *Raceburgensis* 1356 electus. Romam iter suscepit propter confirmationem, quae ei, ut narrant, denegata, sed cum una nocte canus factus esset, dein volupe impertita est 15. febr. 1357. Obiit 15. Sept. 1367.

G. 314; Eu. I, 435; Vander Sterre, 64 (ad 23. maii); Le Paige 589; Krantz, Metr. 1. 9, c. 47; Miraeus 197; I. Van Spilbeeck, 39; Goov. IV, 279; Masch 260; Rickmann 13; Kreusch 91 (male 1556-1567); Hugo, A. P., II, 604; Kraszewski I, 232; Albrecht 70 (Wilpertus); E. J. von Westphalen. Dipl. Rac., c. 1983.

204. *Witticho* (Wedigo, Wedego), nob. dom. *Gans de Puttlitz*, eques fortis, 31. (32.) episc. *Havelbergen*. 1460, quo anno 7. nov. in litteris occurrit, † in arce Plattenburg 23. jan. 1487 (lapis sepulchr. in ecclesia cathedrali). Penes cum requiescit quidam Caspar Johannes de Potlest (i. e. Puttlitz), † 1465.

G. 281; Eu. II, 123; Riedel, II, 417; Goov. IV, 13; Th. Becker 60.

Zacharius Chrysopolitanus, can. O. Praem. saec. XII., vixit et scripsit circa 1157, scriptor eccles. et exegeta praeclarus. Juvenis

venisse dicitur ex Anglia in Galliam et ingressus est in O. Praem. apud S. Martinum Laudunensem. Scripsit libros 4 de Concordia Evangelistarum, quorum prima editio 1473 Argentorati (?) lucem aspexit; aliae sequebantur Coloniae Agr. 1535 et 1618. Mysteriosum cognomen ejus ansa fuit, quod nominatur passim "*episcopus*" *Chrysopoleos* in Arabia i. p. i. Alii explicant autem idem cognomen per Besançon in Gallia vel potius per Goldsborough (Yorkshire) in Anglia.

Lienhart, *Spir.* 42 et II, 594 (B. Zacharias); Goov. II, 417; Freib. Kirchenlexikon, VII, 1861; Otto Schmid in Thübinger Theol. Quartalschrift 1886-1887; Annales Norbertines (Avignon 1889).

INDEX

Sedes residentiales, in quibus Praesules O. Praem. occurrunt.

Annexi numeri denotant nomen Antistitis in serie.

Nota: Ex hisce duo erat coadjutores (111, 128), quinque disignitati episcopali resignarunt (3, 52, 69, 176, 180), nonnulli plures occupabant sedes. Summa: Archiepiscopi 13, episcopi 164.

Conspectus: Archiepiscopi res. 13, tit. 1 = 14.

episcopi res. 164, tit. 26 = 190.

Sum. 177. tit. 27 = 204 (corrige supra Tom. IV, p. 66).

Archiepiscopatus:

1) Bremen 178	1	152, 162, 176, 192, 193	18
2) Drontheim 46	1	9) Brandenburg 4, 13, 15, 16, 41,	
3) Glasgow 56	1	57, 74, 75, 81, 83, 89, 95, 124,	
4) Magdeburg 154	1	125, 155, 157, 175, 178, 179, 183,	
5) Nazareth 131	1	12) Candida Casa (Galloway) 2,	
6) Praha 112	1	36, 60, 76, 77, 85, 101, 143, 153,	
7) Ravenna 9	1	156, 181, 186, 187, 188, 191, 199 16	
8) S. Domingo 111	1	13) Cardica 114	1
9) S. Fé-de-Bogotá 111	idem	14) Castellamare di Stabia 50	1
10) Riga int. 24 et 25, 113. p. 180	5	15) Châlons-sur-Saône 69	1
	—	16) Chur 180	1
	13	17) Citta di Castello 148	1
		18) Coria 11, 92	2
		19) Cordova-de-Tucuman 10, 44	2
		20) Conserans 145	1
		21) Dar (Acqs) 167	1
		22) Dole 86	
		23) Dorpat 73	1
		24) Elphin 24, 58, 115 (male Ul-	
		phinensis).	3
		25) Ely 174	1
		26) Exeter 174	1
		27) Havelberg 9, 12, 20, 21,	

Episcopatus:

	universim		
1) Aberdeen 191	1		
2) Aire 105, 170	1		
3) Annaghdown 29	1		
4) Arequipa 44			
5) Argos 106	1		
6) Arras 66	1		
7) Avila 10	1		
8) Börglum 7, 46, 48, 62, 97, 98,			
99, 100, 128, 130, 137, 146, 150,			

184, 185, 200, 202	24	58) Verdun 3, 151	2
10) Breslau 33	1	59) Zamora 19	1
11) Burgos 55, 92, 164	3	a) <i>Archiepiscopus tit.</i> = Trapezus (suffr. Pragen.) 32	1
22, 31, 39, 40, 53, 72, 78, 82, 84, 89, 90, 102, 109, 120, 126, 159, 160, 171, 177, 198, 201, 204	26	b) <i>Episcopatus titulares</i> :	
28) Honduras 117	1	1) Azotus (suff. Trier) 91	1
29) Kamenec 136	1	2) Chalcedon (suff. Lincoln 142	1
Kurland 43 ?	1	3) Drivaste (suff. Nagy-Várad)	
30) Laon 65, 68	2	18. (et post 41).	2
31) Lebus 33, 125 (a 29. mart. 1420)	2	116, 118, 119, 121, 123, 132, 133, 138, 158, 161, 163, 168, 194, 197, 203	
32) Lerida 129	1	4) Dschebail (suff. Thérouanne)	
33) Litomysl 103, 108	8	35	1
34) Luçon 172	1	5) Edremid (uterque suff. Augs- burg) 70 et 96	2
35) Menevia (St. Davids) 63	1	6) Hebron (suff. Amiens) 149	1
36) Monteflascone 165	1	7) Hierapolis 127 (suff. Regens- burg) et 196 (suff. Prag.)	2
37) Namur 190	1	8) Lacedaemon. (uterque suff. Plocensis) 182	1
38) Nicaragua 17	1	9) Lydda (suff. Breslau) 59	1
39) Noyon 8	1	10) Megara (vicar. apostol.) 6	1
40) Olomuc 25, 37, 87, 104, 107, 110	6	11) De monte Sinai (suff. Trier)	
41) Orange 166	1	71	1
42) Osel 26	1	12) Navarzan suff. Basel) 80	1
43) Panama 28	1	13) Nicopolis 122 (suff. Breslau), 140 et 141 (suff. Olomuc.)	3
44) Placentia 19	1	14) Pophyreon (suff. Coutances)	1
45) Poznan 1	1	169	1
46) Praha 34, 54, 195	3	15) Ptolemais (abbas nullius)	
47) Ratzeburg (26), 30, 38, 49, 51, 61 (male 66), 67, 79, 86, 88, 93,		135	1
48) Ribe 137	1	16) Roeskilde (vic. Apost.) 134	1
49) Riga, 147	1	17) Samaria (suff. Cöln) 23	1
50) Séez 64	1	18) Sarepta (suff. Breslau) 189	1
51) Semgallen 45	1	19) Sevastia (suff. Pragen.) 112	1
52) St. Andrews 47	1	20) Sidon (suff. Lincoln.) 27	1
53) St. Asaph 174	1	21) Syronensis (?) 173 (suff. ?)	1
54) Sidon 5	1	22) Tiberias (suff. Reims) 94	1
55) Tarragona 14	1		
56) Thérouanne 144	1		
57) Ticiensis (?) 52	1		

Additamentum.

Haec series, si 5 archiepiscopi residentiales O. Praem. in ecclesia *Rigensi*. nempe Johannes de Lünen, Romoldus de Myfhsuen, Siffridus de Blomberg, Johannes V. de Zitten (postea patriarcha Antiochenus, † 1397) nec non Henningus Scarpenberg adnumerantur, augeri debet.

Appendix manuscripti, quod separati seriem episcoporum in octo capitulis, statuta ordinis nostri observantibus, nempe *Brandenburgensi* (1138-1506/7., *Burgilaviensi* (c. 1178-1542/51), *Candidae Casae* (1177-1558), *Havelbergensi* (1144-

1507), *Litomysslensi* (1344/46-1415 *Zwittaviae* usque 1554), *Raceburgensi* (1154-1504), *Rigensi* (1222-c. 1509 ?) et *Seloniensi* (ante 1233-1251), — die 28, maii 1929 Tongerloae igne combustum est. — Hoogeweg, Stifter u. Kloster der Provinz Pommern (Stettin 1924) I. 50, refert, a. 1332 actum esse Romar de translatione episcopatus *Camminensis* in Pomerania in abbatiam nostram *Belbuck*, sed frustra. (Nota auctoris).

RIGA

a) Episcopi.

1) Meinhardus, can. reg. O. S. Aug., primus episc. *Livoniensis*, antea ep. de Ykeskola (Uexküll), 1186 (Freiburger Kirchenlexikon, T. X., 1203 (1897) habet a. 1191), + 12. apr. 1196. — 2) Bertholdus O. Cist., consecr. Bremae 1196, occisus in pugna 24. jul. 1198. — 3) Albertus I. de Apeldern (Buxhoevden), ep. 1198, fundator Rigae (c. 1200), auctor ecclesiae cathedralis (consecr. 1206), + 17. jan. 1229. Sub quo, consentiente Honorio III., capitulum Rigense 1. febr. 1222 Ordini Praem. traditum eidemque 25. apr. 1227 a Gregorio IX. confirmatum est. — 4) Forsan jam 1229 electus est a capitulo *Nicolaus*, can. S. Mariae Magdeburg. (147) contra Albertum (Suerber), clericum et scholasticum Bremen., a Gerhardo, archiepiscopo Bremensi nominatum. Lite pendente Nicolaus electus provisus est 8. apr. 1231 a Gregorio IX., qui eadem die ac iterum 22. febr. 1238 capitulum Rigense Ordini Praem. confirmavit. Nicolaus, sub quo diocesis Seloniensis 1251 Rigensi unita est, obiit 1253 inter 25. aug. et 30. nov.

b) Archiepiscopi.

1) Albertus II., (Suerber, apud Eu. I, 441 : O. Praed., juxta Kirchenlexikon, X, 1204 ep. Lubecen. et legatus apost.), jam praedictus, ep. Rigen. a. 1253 (Eu. I, 441 : ex archiepiscopo Armanchan. a. 1246 factus archiepisc. Prusciae), 1255 pallio ornatus est uti primus metropolita Rigensis pro Livonia, Estonia, Pruscia, cum suffraganeis in Reval, Wierland, Leal (1219), Dorpat (1224), Oesel (1228) et Kurland (1224). — 2) Post obitum Alberti II. c. 1273 *Johannes I.* de Lune (Lünen) e cellario ipsius eccl. electus, prov. 5. nov. 1274, jam consecratus a. s. a. (113), + 1286. — 3) *Johannes II.* de Vechten (Kirchenlexikon X. 1205 perperam Rechten) postul. ex episc. Warminesi et prov. 1286, 10 jan., + 1294. — 4) *Johannes III.*, thesaurarius ecclesiae Swerinensis, el. 1294, + Romae probabiliter 1300. — 5) *Isarnus Morlane*, prior mon. de Benavento, Can. reg. O. S. Aug. dioc. Lemovic. et archipresbyter Carcassonen., a Papa nom., 19. dec. 1300, translatus ad metropol. Lunden. et 6) *Johannes*, archiep. Lunden. ad Rigensem 30. mart. 1302. — 7) Sed renuntiante hoc (transl. ad Bremensem) nominatus est ad ponti-

fice Fredericus de Pernstein, O. Min., pœnit. apost., jam consecratus
 a. s. a. 21 mart. 1304, + Avenioni 1340 a. s. a. — 8) Engelbertus de
 Dolen (Dalen), ex episc. Tarbaten., nom. a Pontifice 18. oct. 1341,
 + 9. sept. 1347 Avionioni. — 9) Vromoldus de Uyffhusen, e priore
 ips. eccl. el. archiep. 17. mart. 1348, + Avinioni 1348 (inter nr. 197
 et 198). 10) *Siffridus* Blomenberch (Blomberg), e can. ips. eccl. el.
 11. febr. 1370, + Avinioni 30. jun. 1374 (inter nr. 180 et 181). —
 11) *Johannes IV.* de Zitten seu Sinten (ante n. 126). e priore ips.
 eccl. el. 23. oct. 1374, fugatus 1391, resignavit et + 1397 uti patri-
 archa tit. Alexandrinen. — 12) *Johannes V.* de Valenrode (Wallen-
 rod) O. Teut., supremi magistri frater, a Pontifice creatus, obliga-
 vit de 27. Sept. 1393, a. 1414 cardinalis, 1418 episcopus Leodii, ubi
 1419 obiit. — 13) *Johannes VI.* Habundi, tranl. ex episc. Curien.
 11 jul. 1418, + 1424. — 14) *Hennyngus* (Heinrich) de Scarpenberg
 (inter nr. 74 et 75), e praeposito ips. eccl. et subdiac. electus, prov.
 13 oct. 1424, + 1448, ultimus puto O. Praem. — 15 *Silvester* Stoden-
 warcher, O. Teut., 9. oct. 1448, + 12. jul. 1479. — 16 *Stephanus*
Grube (von Gruben), Lipsiensis, ex ep. Trojan. el. 22. mart. 1480,
 + 23. dec. 1483. — *Michael* Hildebrandi, decr. Dr., can. Revalien.,
 el. 4. jun. 1484, + 1509. — 18) *Caspar Linde*, e decano capituli, quod
 ut videtur, non amplius pertinebat ad nostrum Ordinem, pro servitio
 communi se obligavit 16 jun. 1509, archiep. 23. mai 1509, + 29.
 jun. 1524, sub quo lutherani Rigam se intruserunt. — 19) *Johannes*
VII. de Blankenfeld, episc. Reval. et Tarbat., Casparo senescente
 coadjutor cum jure successionis 11. Maii 1523, + 9. sept. 1527. —
 20) *Thomas Schöning*, natu Rigen., e decano cap. el. arch. 1528,
 + 1539. — 21) Quo senescente *Guilielmus* de marchionibus Bran-
 denburg. Coadjutor cum jure successionis, 17. nov. 1531, 1539 archi-
 episcopus, + 4. febr. 1563. Archiepiscopatus cessavit. Fides catho-
 lica evanuit, et non multo post capitulum metropolitanum penitus
 saecularisatum est (1566). Ecclesia cathedralis (XIII. saec.), olim
 catholica, nunc ad Lutheranos pertinet.

P. S. Durante typo nonnulla reperri, quae in articulo de "Epi-
 scopatu" locum non habuerunt.

Circa a. 1330, quo ecclesia cathedralis *Comminensis* fere ruinosa
 erat, cogitabatur de translatione hujus exempti episcopatus ad
 abbatiam O. Praem. in Belbuck (ejusdem diœc.), en 1332 *Johannes*
P. XXII. hac in re interpellatus est. Res autem non contigit. Cf.
Dr. H. Hoogeweg, *Die Stifter und Klöster der Provinz Pommern*,
 I. 50 (Stettin 1924).

De candidatura *Joannis Roberti*, abbatis Floreffiensis in cathedram
Namurcensem 1629 cf. *Analecta Praem. J. V.*, 159.

(Finis).

Kirchberg a. d. Wild. (N.-Oesterreich).

A. ZAK